Nicolai Chappusii de mente et memoria libellus utilissimus: ad Carolum Guillardum Consiliarium regium: et senatorii ordinis presidem dignissimum.

Roybier aduocat



Venundantur parrhisius in vico sancti Iacobi sub intersignio diui Martini.

Magnifico ac prepotenti Domino Carolo Guillardo Consiliario Regio: et Senatorii Ordinis presidi equissimo. Mecenati Suo Nicolaus Chappusius. Felicitatem.

ARistoteles peracri et singulari vir ingenio ac pene diuino Excellentissime Preses docet in quarto moralium liberalitatis actionem non in precio et multitudine rerum que dātur: sed in habitu ingenuoqȝ et prono dantis affectu consistere. Quum itaqȝ mercenarius quidam ac plane rudis homo: auctore plutarcho Cheronensi: obequitanti quondam Persarum regi Artaxersi obuiam factus esset: nihil tunc aliud habens quod regie offerret maiestati: aquam vtraqȝ manu e proximo haustam flumine porrexit: quam iucundus ille atridensqȝ suscepit: vt qui nō rei que dabatur gratiam vel inopia: vel vsu: sed alacri dantis animo et voluntate perpenderet: ac metiretur. Existimans eum qui benigne parua prompteqȝ acciperet: non regali minus humanoqȝ fungi munere: q̄ si magna elargiretur. Tradit idē scriptor a Licurgo tenuissima Sparte sacrificia instituta fuisse: quo deorū immortalium cultus atqȝ veneratio rebus vbiqȝ presentibus: expeditior faciliorqȝ exhiberetur. Proinde non aurum humanissime Preses: non gemmas: non ceteras id genus opes quibus abundas: et ipsi caremus. Sed pro tenuitate nostra hunc de mente et memoria libellum sublimitati tue dicamus: quem (dum superiore estate artem dicendi frequētissimo auditorio profiterer) crebris hortaminibus studiose iuuentutis illectus dictaueram: eundemqȝ per autūnum collegi et emendaui: in prediis Tristandi Reillaci iuuenis bonarum artiū studiosissimi et mei amātissimi inde non procul ab vrbe parisiensi ampla satis et amena possidet: in que beneuolo illius rogatu concesseram: tantisper rusticaturus dum aeris intemperies: aureqȝ insalubritas que per id temporis non paucos ex scholastica pube saluta academia digredi compulerat parrhisios infestare destitisset: In eiusdem autem libro et si nihil tibi legenti aut nouum occurrat: aut deliciarium: quippe qui nō pauca ab adolescētia non modo et legeris et didiceris: verūetiam indies q̄ plurima: et vi

dere cupias: et nosse: operepretium tamen duxi hoc xeniolo et pertenui munusculo: amplitudinem tuam impetiri vt inter publicas et quidem pergraues curas quibus pene sepius obrueris: nonnūꝗ hec de memoria legēs: absentis Nicolai clientuli tui memor sis: ꝗꝗ mihi iamdudum ea mentis ingenuitate: ea facilitate morum: et generositate animi: ea mā suetudine atqꝫ placabilitate preditus esse videris: vt quod de Cesare Tullius predicat in oratione pro Ligario: nihil consueueris preter iniurias obliuisci. Vbi vero eiusmodi ꝗtulumcūqꝫ sit donariolum tibi nō iniucundum fuisse cognouero: librum de concordia iuris diuini ciuilis et humani et institutiones humane vite quandoqꝫ dei auspicio nomini tuo nuncupatas emittemus. Vale bonorum fautor: eximiumqꝫ et virtutis et ingeniorum columen.

Ad magistrum Excellentemqz dominum Carolum Guillardum ordinis senatorii Presidem Nicolai Chappusii in Librum suum de mēte et memoria Prefatio.

PRisci philosophantes abditissima queqz ita rimati: vt nihil tam obscurum esset: tam inuolutũ: tam deniqz opertum quod non omni studio atqz diligentia illustrare contenderent: euoluere: retegere: memoriam vel vnam maxime rem esse putarunt: qua diuine immortalisqz nature participes homines intelligerentur. Quid enim prestãtius? quid vtilius hac re per quam preterita veluti presentia humanis mentibus occurrunt? Quid eo diuinius admirabiliusue quo tanq̃ perenni conceptaculo\thesauroqz superioribus gesta seculis recōduntur? Memoriam itaqz oratores ipsi vnam ex quinqz artis rhetorice partibus in primis vtilem ac necessariam esse dixerunt. De qua sic Tullius in libro de Oratore prefatur. Quid dicam de thesauro omnium rerum memoria: que nisi custos inuentis: cogitatisqz verbis et rebus adhibeatur: intelligimus omnia etiam si preclarissima fuerint in oratore peritura? Quamobrem apud Afranium vetustissimum poetam in comedia togata que sella inscribitur: Philosophia inquit: vsus me genuit: mater peperit memoria: perinde ac si vsus pater sit philosophie: memoria vero mater: que paternum semen creditum sibi: velut in vtero fouens: conseruans et retinens: fetum cognitionis atqz scientie rerum concipit. Poete inter quos Hesiodus nouem musas Iouis et memorie filias iccirco fuisse confinxerunt: ꝙ preclarissima queqz studia et liberales discipline memoria constant. Fabius quoqz Quintilianus libro vndecimo institutionũ oratoriarum de memoria loquens: Totus (inquit) de quo diximus adhuc: inanis labor: nisi cetere partes hoc velut spiritu contineantur. ratio et omnis disciplina memoria constat:

frustraq; docemur: si quicquid audimus preter fluat: et exemplorum: legum: responsorum: dictorum benefactorumq; velut quasdam copias quibus abundare: quasq; in promptu semper debet habere orator easdem vis illa representat. Neq; immerito thesaurus hic eloquentie vocatur. Hec Fabius. Tullius Romane non modo eloquentie: sed latialis quoq; philosophie princeps libro primo tusculanarum disputationum vim memorie summopere admiratur. Ego (inquit) maiore vi etiã quodammodo memoriam admiror. Quid est enim illud quo meminimus? aut quam habet vim? aut vnde natam? Aurelius vero Augustinus cum Cicerone libro decimo confessionum in memorie admirationem vehementer rapitur: quam modo animum esse autumat: modo ventrem animi: et penetrale quoddam amplum atq; infinitum. Huius secreti sunt et ineffabiles sinus antraq; et cauerne vsq; adeo abstruse: vt pertingi nequeant. Cuius vim ait sibi esse incomprehensibilem que thesaurus est rerum: et in qua discipline continẽtur. Quapropter quum dixerit magnam vim istam memorie et magnam nimis: Illico subiungit: Multa mihi super hoc oboritur admiratio: stupor apprehendit me: etenim homines admirari alta montium: et ingentes fluctus maris: et latissimos lapsus fluminum: et oceani ambitum: et gyros syderũ: relinquunt seipsos: nec mirantur. Hec et pleraq; alia scribit grauissimus pater de memoria: que si quispiam plenius videre cupit: ad eum locum se conuertat: quem proxime indicauimus. De hac igitur re quid philosophi: quid oratores senserint: in hoc libello dicere constituimus: et ea strictim ac breuiter exprobatis auctoribus colligere: que non nihil forte voluptatis studioso lectori sint paritura. Resecta ergo prefationis mora instituti operis exordium aggredientes operepretium duximus a memorie definitione auspicari.

Quid sit memoria: eandemq; duplicem esse.

Memoria grece dicitur: quam Speusippus in libro cui titulus est .i. Platonis diffinitiones: ita finiuit

hoc est memoria est dispositio animi inheren-

tem illi veritatem custodiens. Tullius memoriam quandoque mentem appellans: libro secundo de inuentione prudentie tres partes annumerat: memoriam intelligentiam: prudentiam: singulasque diffiniens. Memoria (inquit) est per quam animus repetit illa que fuerunt. Intelligentia: per quam ea perspicit: que sunt. Prudentia: per quam aliquid futurum videtur antequam factum est. Aurelius Augustinus acerrimo vir ingenio: qui (vt proxime dictum est) memoriam nunc animum: nunc ventrem animi esse ait in libro de anima et spiritu tametsi nō desunt qui illius operis non Augustinum sed Hugonem de sancto victore aut aliū quempiam auctorem fuisse contendant: tradit animam secūdū diuersa operationum officia variis nominibus enūciari. Dicitur nāque anima dū vegetat: et corpus ipsum viuificat: Spiritus dum contemplatur. Sensus dum sentit: Animus dum sapit: dum intelligit mens: cum discernit ratio: quum recordatur memoria: dum vult volūtas. Hec autem omnia solis nominibus non substantia differunt: quoniam omnia ista vna anima est: proprietates quidem diuerse: sed essentia vna. Quid autem sit memoria in eodem libro sic diffinit. Memoria est vis anime accepta retinens: preterita repetens: elapsa recolligens. Eam (siue. M. Tullius quemadmodum et Priscianus: et Hieronymus sentiunt: seu Cornificius: aut quiuis alius. Nam inter doctissimos de huius operis auctore nō cōuenit) in tertio rhetoricorum ad herēnium: in naturalem diuidit et artificiosam. Naturalis ea est: que nostris animis insita est: et sine multa cogitatione nata. Artificiosa est ea quam confirmat inductio quedam et ratio preceptionis. Memoria inquit Diomedes libro primo: Est velox animi: et firma perceptio cuius facultatē fouet exercitatio: lectionis enarrationisque intentio: stili cura: redditio sollicita: et diligens iteratio: atque repetitio frequens. Hec diomedes.

De organo memorie eiusque domicilio.

GAlenus Hippocratis interpres libro secundo minoris artis cerebrum modificata tenuitate: subtilitateque temperata dicit esse causam memorie. nam pro cerebri temperamēto melior existit aut deterior cum ex cerebro crasso proueniat obliuio: in humecto nimiumque humido sensus hebetiores sint: in sicciori liquidiores. Tradit quippe

Auicenna cerebrum esse principium sentiendi et mouendi. Ceterū quīꝫ cerebri celle sint varie: tam philosophorum q̄ medicorum communis sē tentia est: in occipitio que est pars capitis posterior: memorie organum esse: eiusdemqꝫ domicilium: quod pleriqꝫ alterum et paruum cerebrum (ac si a maiore vel ipsa differat substantia) vocitant. vtcunqꝫ tamen se se res habeat: nemo sane est qui dubitet pro huiusmodi organi disposi- tione: mentem ac memoriam in hoc vegetiorem esse ac viuaciorem: in il lo tardiorem atqꝫ obtusiorem. Magni siquidem refert (vt prudentissi- me docet Tullius in prima tusculana questiōe) quali in corpore ipsi ani mi locati sint. Multa enim e corpore existunt que acuant mentem: mul ta que obtundant. Nam membrorum compagibus (quemadmodum tra dit origenes) velut organis ad exercitationem sui mens vtitur ex quo fit vt corpore male constituto: veluti organo corrupto animus hebe- tescat: obtundatur. Contra vero animus ille vegetior fit et acutior: cu ius corpus bene compactum est. Quandoquidem ex bona malave cor- porum (vt aiunt medici) complexione: animus in nobis est acutior vel hebetior. Quamobrem thraces qui ob crassum forsitan regionis (quā incolunt) aerem: crassum itidem cerebrum sortiti: obliuiosi plane sunt: desides: tardi: obtorpescentes: nulliusqꝫ prope memorie censentur esse. Siquidem ad quattuor tantum enumerant: neqꝫ vltra numeri rationē producunt q̄ eis priora excidant: si plura commemorent: sicut pueris ac cidere solet. Vnde satyricus eorum regionem veruecum appellat patri am: quum de democrito abderite (Est autem Abdera thracie ciuitas) in hunc modum loquitur.

Cuius prudentia monstrat
Summos posse viros et magna exempla daturos:
Veruecum in patria: crassoqꝫ sub aere nasci

Qui maxime memoria polleant et ingenio: ad quod non parū conferunt et celum et solum

Hoc autem nimirum probabile est ex celi aerisqꝫ crassitudine: et natura euenire: cui sūt humana corpora: si philosophis assē- timur: non nihil immo q̄plurimū obnoxia. Hinc alios aliis moribus ac natura homines: et constare: et nasci pro varietate regionū experimur

Quocirca Iulius maternus in astronomico quedam(inquit)gentes ita a celo formate sunt:vt propria sint morum Vnitate perspicue. Scythe immanis ferocitatis crudelitate grassantur. Itali sunt regali semper nobilitate presulgidi. Galli stolidi. Auari. Syri Acuti Siculi. Luxuriosi Asiatici:et voluptatib9 semper occupati. Hispani elata iactātie aīositate prepositi. hec illic Predictis accedit illud poete Lucani in Octauo.

Quicquid ad eos tractus:mundiqꝫ teporem
Labitur emollit gentes clementia celi
Omnis in arctois populus quicunqꝫ pruinis
Nascitur:indomitus bellis et mortis amator.

Aeneas siluius:qui adepto summo pōtificatu Pii nomē sibi adsciuit in quadā epistola de quarūdam gentium moribus Ita disserit Germanorum illustris animus:cor nobile gallice gētis. hispanorum mens sublimis. Italorum spiritus boni honesti auibus Idem Diues italia:nobilis gallia:fortis hispania: Bellicosa:et populosa Germania. Aristoteles summus in omni sciētia vir libro. vii. Polyticorū in hūc prope modum scribit. Que in frigidis nationibus degunt gentes:et que per Europā: animo quidē abūdant:ingenii vero et artificii parum habent que vero Asiā incolunt:ingenio et arte abūdant:sed magnanimitate carent. At grecorum genus vt mediam regionem locorum sortitum est:sic amborum est particeps. Nam et animosum:et ingeniosum est. M. Tullius in oratione pro Lucio Flacco Tribuo grecis litteras:do multarū artium disciplinam:non adimo sermonis leporem:ingenii acumen:dicendi copiam. Huic tulliane sententie videtur succinere Horatius.

Graiis ingenium:graiis dedit ore rotundo
Musa loqui:preter laudem nullius auaris.

Eusebius quoqꝫ libro octauo de preparatiōe euāgelica Grecia(inquit)sola homines generat vere celestes atqꝫ diuinos:natura ad omnē scientiam natos:cuius rei causa est subtilitas aeris:non enim temere heraclitus:aer siccior:anima prudentior:et melior. Hec Eusebius Quamobrē Vitruuius in architectura docet italiam viris maxime doctrina et ingenio prestantibus refertam esse:propter summam regionis temperiem quam et frigidis et calidis regionibus:inter quas sita est:tempe-

rari ait: sicut iouiale sydus hinc saturni frigiditate: istinc subiacētis calore martis temperari dicit. Tametsi vero quos nūc citamus aut hores plerisqꝫ in suspitionē fauoris et gratie facile decidere videntur vt qui multa improprie gentis cōmendationem efferant: nemo tamē inficias ibit peculiares cuilibet nationi et ꝟtutes inesse et vitia. Sed cuꝫ lōgius ꝙ institutū postulet euagemur: operepretiū reuera fecisse arbitramur ista obiter ānotare quo facili9 intelligi possit: ad ingeniuꝫ memoriāqꝫ firmioreꝫ aut imbecillioreꝫ tā corpus ipsuꝫ ꝙ celuꝫ atqꝫ regioneꝫ nō mediocriter cōducere. Nec omnino videtur a proposito alienuꝫ quod libro xix. problematum scribit Aristoteles melācholicos fuisse oīs: qui ingenio caluerunt: vel in studiis philosophie: vel republica administranda: vel in poemate cudendo vel in artibus exercendis. Empedocleꝫ Socrateꝫ Platonem et alios complures se nouisse refert viros insignes qui fuerūt hoc habitu. Cum vero inibi non minus acute ꝙ luculenter idem Philosophus melancholiam .i. atram bilem vino comparans: ostendat non aliter atra bili homines varios reddi ꝙ vino quod humano corpori intermixtum fuerit: ac infusum: Nam vtrūqꝫ flatuosum est. Tandē concludit melancholicos omnes non per morbum: sed per naturā esse ingenio singulari. Addam et illud tam experientia prope quotidiana compertum: ꝙ doctissimorū grauissimorumqꝫ hominum authoritate cōprobatum: eos tanto ceteris et memoria et ingenio precellere quo ad iram excandescētiamqꝫ perpensiores extiterint. Quocirca et apud veteres illos philosophos (vt est apud Plutarchum) in prouerbii locum iam cōcesserat: quod vulgo dici solet: Iram nō habere qui mentē non habeāt. Hinc illud forsitan emersit: vt Aristoteles ex ipsius oris habitu morū quoqꝫ dispositionē et animi affectus diiudicaret. Cuius ea est in primo de animalibus sentētia. Quibus frons magna segnes: quib9 parua mobiles: quibus lata mēte moueri idonei: quibus rotunda iracūdi. Natura siquidē vel ex oris liniamētis tanꝙ manifesto quodam argumēto nos admonere voluit: nihil magis a segnitia torpore que distare: ꝙ iracundiā: que est patentissimū vegeti cuiusdam animi: erecteqꝫ nec sopite atqꝫ somniculose nature indiciū. Et quoniā istuc loci prouecti sumus Platonis sapientie antistitis oraculū in certius huiusce rei testimonium: que

trāseūter et carptim exequēda est:subiicere placuit.In cuius Theeteto qui de scientia inscriptus est; Socrates inducitur his verbis disserens. Difficile admodū est reperire hominē ingeniosum simul:et pre ceteris mansuetū:atq; virilem.Equidē nec fuisse vnq̄ existimo : nec esse video qui ita natura sint instituti.Ceterum acuti sagacesq;:et memoriosi:et dociles:vt plurimū in iracundiam:impetusq; precipites sunt.Proruūt enim atq; raptantur:quemadmodum sine retinaculis naues:et furiosi potius q̄ fortes existunt.Graues autē sepe quum se ad disciplinas conferūt:segnes:torpētes:obliuiosi sunt.Hucusq; Plato.Nemo(canit Horati9)viciis sine nascitur:optim9 ille est.Qui minimis vrgetur. Cui adstipulatur illo carmīe Properti9.Vnicuiq; dedit viciū natura creato Experimur siquidē in generosissimo quoq; aīo vitia plerūq; ꝟtutibus admixta nō secus pullulare:atq; i vberrimo solo rubos atq; sentes innasci:cui agricole studiū et manus defuerit.Preclara(inquit Plato:nō minus speciose q̄ grauiter quod repetit Plutarchus i demetrio)īgenia queādmodū ꝟtutes maxīas:eodē pacto vitia quoq; maxīa producere solēt.Exēplo sunt Hānibal.Iulius Cesar:et pleriq; alii quorū maxīas ꝟtutes ingētia vitia coequarūt.Nec eo demētie rapior:vt irā initium insanie(vt dicebat Ennius)approbare velī:que iuxta latini sermonis cōsuetudinē authore Tullio abeūdo dicta estq̄ a se et de ptāte sue mētis eat:qui irascitur et furit.q̄q̄ enī i puero:erecti aī et īgenii acutioris indiciū premōstrat:principiis tamē diligētius obsistēdū est:et ne ī vitiū assiduo vsu redūdās enorme tādem incremētū cōtrahat summopere cauendū.Quoniā vt preclare scribit Eximius Orator philippica quīta Oēmalū nascēs facile exprimitur.Inueteratū fit plerunq; robustius. Difficulter(īquit Seneca grauissimus author ī secūdo de ira)reciduntur vitia que nobiscū creuenerūt.Sero itaq;(vt cecinit Ouidius)medicina paratur.Cū mala pro lōgas cōualuere moras.Quapropter pueri\vbi primū per etatē licuerit\optīs preceptoribus tradūtur īstituendi\qui hmōi petulātes eni purilis affectus doctrine sarculo diligenter expurgēt.habenis rōnis ac prudētie coerceāt\suffrenēt\moderentur: Sz iā effusior q̄ par sit de hmōi re disputatio cōtradenda est\eademq; plus impendio refluens in proprium alueum colligenda.

ꝙ potissima ars memorie in sola exercitatiõe consistat: et fre quenti meditatione firmetur.

2 NEc frustra naturali memorie artificialem veteres coniunxere: quandoquidem nemini dubium sit memoriam cuius naturam principem esse constat: arte ꝙ maxime adiuuari: que hanc nimiruȝ habet vim: non vt totum aliquid pariat: et procreet cuius nulla sit pars in ingeniis nostris: verum vt ea que sunt orta iam in nobis et procreata: educet: augeat: corroboret. Cum enim plerumqȝ per se natura infirma sit: ars illius amplificande: tuendeqȝ gratia inuenta est. Vt namqȝ tradit Aristoteles in septimo Polyticorum Omnis ars et disciplina implere vult quod deest nature Et fabius libro vndecimo. Nihil (ait) credimus esse perfectum nisi vbi natura cura iuuetur: natura quippe ferruȝ adinuenit: ars vero gladiuȝ. Cum itaqȝ artificialis memoria: que in naturalis adiumentum reperta est: locis et imaginibus constet: quemadmodum Aristoteles: Cicero: Martianus: et Fabius Quintilianus docent: eadem breuibus quibusdam preceptis: sed magna exercitatione firmatur: sine qua nihil preclarum homines: nihil laudabile gerere possunt: nihil omnino perficere. Nam vt inquit Vegetius in tertio de re militari. Omnes artes: omniaqȝ opera quotidiano vsu et iugi exercitatione proficiunt. Ceterum plerosqȝ audire licet frustra conqueri se tardiore esse ingenio ac memoria hebetiore: quod illorum potius ꝙ nature vicio contingere arbitrandum est: vt qui vel memorie impedimenta excutere non curent: abiicereqȝ: de quibus mox dicetur: et magnam vite partem in torpore segnitiaqȝ degentes nullam exercitationem: vnicũ memorie presidium subeunt. De sua ergo potius ignauia ꝙ de natura illis conquerendum est: quia nil sine magno vita labore dedit mortalibus: vt canit Horatius: qui si exercerentur: experirentur sane ꝙtum ad memoriam non conseruandam modo: sed etiam augendam valeat exercitatio. Quemadmodum enim scribit Plutarchus in Cesare: nullius rei tã paruum existimandum initium: quod non assiduitas statim amplificet: Tibullus Longa dies homini docuit parere leones Longa dies molli saxa peredit aqua. Propertius. Teritur rubigine mucro ferreus: et paruo sepe liquore silex. Ouidius in ponto. Quid magis est durum saxo:

quid mollius vnda? Dura tamen molli saxa cauãtur aqua. Idem Gutta cauat lapidem. cõsumitur anulus vsu: et teritur pressa vomer aduncus humo. At quẽadmodum nulla est tam labilis tanq̃ fluxa memoria que non labore vsu exercitationeq̃ vigeat: stabilitatur: inualescat: ita q̃ tũuis firma fuerit nulla est que nõ segnitia torporeq̃ illico hebescat obruatur depereat. Quãuis autem locorum et imaginum: de quibus Cicero et Fabius meminerunt: cõstitutiones memorie iuuande nõ parum cõducãt: si diutius quispiã seipsum in illis exercuerit: et si huiusmodi loca effingenda aĩo illustria fuerint: et modicis interuallis explicata: imagines vero ingentes: acriter insignite: que occurrere celeriterq̃ animũ percutere possint nihil tamen vehementius efficatiusue memoriam iuuat: q̃ sepenumero: aut (si fieri potest) quotidie multa ex alienis et propriis scriptis memorie cõmendare. Quapropter Crassus apud Ciceronem in primo de oratore. Exercẽda est etiã (inquit) memoria in ediscẽdis ad verbum q̃ plurimis et nostris et alienis. Quintilianus libro. xi. cum de locis atq̃ imaginibus multa disseruit: ita demũ colligit. Si quis tamen vnam maximam a me artem memorie querat: exercitatio est: et labor multa ediscere: multa cogitare: et si fieri potest quotidie: potissimũ est. Nihil eque vel augetur cura: vel negligentia interdicit. Quare et pueri statim q̃ plurima ediscãt: et quecũq̃ etas operam iuuende studio memorie dabit: sic ille. Seneca ad lucillium libro primo epi. Et quum (ait) multa percurreris: vnum excerpe: quod illo die concoquas. hoc ipse quoq̃ facio. Ex pluribus que lego aliquid apprehendo dicens hodiernum hoc est. hec Seneca. Aristoteles quoq̃ in libro de memoria et reminiscentia ita scribit. Meditationes memoriam confirmat: tuentur: et saluant. Meditando enim permanentior: diuturnior promptiorq̃ paratur memorie habitus: nec quicq̃ est quod non assidua meditatio facillimum reddat. Talis ergo exercitatio: quum a puero suscepta est: memoriam: si exilis: modicaq̃ fuerit: vehementer adiuuat. Sin firma: auget amplificatq̃: et a senilis etatis iniuria: constantissime pertinacissimeq̃ tuetur.

Qualis debeat esse litteraria exercitatio et presertim oratoris.

Qualem vero exercitationē esse oporteat. Cicero in primo de oratore edocet: apud quē Antonius orator: que maxime oratori cōducere videntur luculēter explicans: breuiterqꝫ perstringens: sic ait. In oratore acumēdia lectorum sententia philosophorum. verba prope poetaruꝫ memoria iuriscōsultorum: vox tragedorū: gestus pene summoruꝫ actorum est requirēdus. Quāobrem nihil in hominum genere rarius profecto oratore inueniri potest. Que enim singularum rerum artifices singula: si mediocriter adepti sunt: probātur ea (nisi omnia summa sint) in oratore probari nō possunt: hec illic. Proinde Crassus paulopost apud eundē. In oratore (inquit) subeūdus vsus omniū rerum et periclitāde vires ingeniis: et illa cōmentatio inclusa in veritatis lucem proferenda est legendi etiā poete: cognoscēda historia: omniū bonarum artium scriptores ac doctores: et legendi: et peruolutandi et exercitationis causa laudādi: interpretādi: corrigendi: vituperandi: refellēdi: disputandūqꝫ de oī re in cōtrarias partes. Et quicquid erit in quacūqꝫ re quod probabile videri possit: licendū atqꝫ dicēdum. Perdiscēdum ius ciuile: cognoscēde leges: percipienda oīs antiquitas: senatoria cōsuetudo: disciplina reipublice: iura sociorum: federa: pactiones: causa imperii cognoscēda est: libandus est ex oī genere vrbanitatis et facetiaruꝫ quidā lepos: quo tanq̄ sale spargatur oīs oratio: huiusqꝫ Crassus Ciceronianus: Quum itaqꝫ orator sit (ex prisci Catonis sententia) vir bonus dicendi peritus: hmōi peritiā variis artibus et multa rerum cognitione cōflari necesse est. Naꝫ bene dicere vt Cicero docet in secundo de oratore: quod est scienter et perite et ornate dicere: quodqꝫ est peculiare: ac proprium oratoris munus: nō hꝫ definitam aliquam regionem cui9 termis septa teneatur. Oīa eniꝫ quecūqꝫ in hoīm disceptationē cadere possunt bene sunt ei dicēda. Ac mea quidē sentētia (inquit Cicero in prefatione libri de oratore) Nemo potest esse oī laude cumulatus orator nisi erit oīm rerum magnarūqꝫ artium scientiam cōsecutus. At quēadmodum multis aromatibus herbisqꝫ variis pariter confusis optima pharmaca et suauissima fieri cōdimenta cernimus. Ita et litterarū et disciplinarū varietate cōsummatur: ac perficitur orator. Et sicut eas regiones maxīe feraces atqꝫ fecundas hoīes arbitrātur: in

quibus secũdum Nasonis sententiam locus vicibus ille cõuenit: hic oleis hic bene farra virent: sic et probãda sunt illorum ingenia: que versatili quadã et prona docilitate singulis artibus cõparandis sese diligenter accommodant: et oĩ seclusa lentate atq; incõstantia: nunc huic nunc illi arti ediscende operã impẽdunt ac laborem: litteralem agrũ: instar apũ succos suauiores e floribus exugentiũ. Ita passim oberrãtes: vt orbem illum doctrine\ quẽ greci teste Quintiliano Encyclopediã vocant\ concentumq; et concordiam disciplinarũ oim quoad fieri potest cumulate adimpleãt: que tũto nexu iter se veluti cõi quadã et amena cõspiratiõe deuicte sũt \ vt vllã sine alteri9 adminiculo vix quisq̃ sibi fideliter cõciliare possit. Eo pertinet illud Plynii iunioris epigrãma in epistolis.

Vt laus est cete: mollis cedensq; sequatur
Si doctos digitos: iussaq; fingat opus.
Et nunc informet martem castam ve minervam:
Nunc venerem effingat: nunc veneris puerum:
Vtq; sacri fontes non sola incendia sistunt
Sepe etiam flores vernaq; prata iuuant:
Sic hominum flecti ingenium duciq; per artes
Non rigidas docta mobilitate decet.

Hoc aũt labore studio exercitatiõe facile cõsequi possum9\ labor aucto re Tullio in secunda tusculana est functio animi vel corporis alicuius grauioris operis aut numeris. Studium vt idẽ ait in primo de inuẽtione: est vehemens ad aliquam rẽ applicata summa cũ voluntate occupatio\ vel vt sentit Victorinus. animi ad aliquod agendum pertinacia: Exercitatio eodẽ victorino teste est suscepti actus cõtinuatio. Affirmat omnino Catullus apud oratorem Ciceronis neminez sapientie laudem sine summo studio: et labore et doctrina consequi posse. Quod labore studio et exercitatione multi in prestantissimos viros euaserũt.

A Ssidua rei litteralis exercitatiõe et aĩ circa res inuestigatiõe dignas meditatiõe pleriq; veterũ tãto opere delectabãtur: ceteris omnibus postpositis huic dumtaxat negocio feruẽtissime incumberent. Quare merito in arcem optime cuiusq; doctrine omniumq; disciplinarum culmina euaserunt. Ibiq;

οὐδὲν ἄνευ καμάτου πέλει ἀνδράσιν εὐπετὲς ἔργον οὐδ᾽ αὐτοῖς μακάρεσσι.

Dii nobis dona vendunt laboribus.

pariter constitere: intelligentes id esse verissimũ quod dicebat Epicharmus. Deos optima queqꝫ nobis sodore et laborib9 venundare. Cui9 hec verba sunt:

.i. laboribus venundãt nobis omnia bona dii. Cui adstipulatur illud Sophoclis. Nihil vnq̃ summaruꝫ reruꝫ quis sine labore cõsequitur. Necesse est porro (inquit Cricius) eos laborare qui feliciter viuere cupiunt. Synesius platonicus in libro de sõniis. Maxima (inquit) sine labore cõsequi propriuꝫ diuinitatis est bonuꝫ apud nos aũt nõ soluꝫ ꝟtutes: sꝫ cetera quoqꝫ preclara sudore queruntur. Littere (vt ait Hieronymus in quadã cõtra Ruffinum Apologia ad Pammachiũ et Marcellã) Marsupiuꝫ nõ sequuntur: sudoris comites sunt et laboris: socie ieiuniorũ: non saturitatis: continentie nõ luxurie. Plato sapientie ãtistes quũ patriã Athenas oĩm bonaruꝫ artium inuentrices: et preceptorẽ Socrateꝫ sortitus esset: locuꝫ et hominem: (vt scribit Maximus) doctrine fertilissimuꝫ: et ob ingenii abundãtiam oĩm mortaliuꝫ sapientissimus haberetur: eo tñ discẽdi flagrauit ardore: vt egyptuꝫ peragraret: Gymnosophistas: indie sapiẽtes adiret: ex quib9 celestiuꝫ obseruationuꝫ rationẽ persequi posset: et grecã sapiẽtiaꝫ: quaꝫ prius e fontibus Socratis hauserat huberioreꝫ profluentioremqꝫ redderet. Aristotelem tradit Laertius tã breui sõno fuisse: vt quum se ad quiescenduꝫ cõponeret: eneã spherã in manu teneret subiecta patella: eo cõsilio vt quum dormientis manu elapsa: in subdituꝫ lebetem incidisset: sono illius excitus q̃primuꝫ exurgeret. Idem aiebat studioruꝫ liberaliuꝫ amaras quidẽ radices: fruct9 ꝟo suauissimos esse: ac iucundissimos. De quo sic Fabius lib. xii. Quot seculis Aristoles didicit: vt nõ solũ que ad oratores et philosophos pertinẽt sciẽtia cõplecteretur: sꝫ aĩaliũ satoruꝫqꝫ naturas oẽs perquireret. Carneades ab eodem Laertio memoratur tãta studiorum intentiõe fuisse occupatus vt capillos et vngues ad enorme sineret excrementuꝫ prominere. De eodem refert Valerius lib. viii. illuꝫ cibi capiendi ex studii voluptate plerumqꝫ oblituꝫ fuisse. Demosthenes acticei facundie vnicuꝫ exemplar: plus olei q̃ vini expendisse fertur: et oẽs opifices (vt ait Hieronymus) nocturnis semper vigiliis preuenisse. De quo sic Tullius in quarta tusculana cui nõ sunt audite de

mosthenis vigilie qui dolere se aiebat: si quãdo opificuz antelucana vi-
ctus esset industria: hec ille. Quemadmoduz ꝟo scribit Plutarchus: Se-
pe duos vel tres menses cõtinuos domi inclusus sine intermissione stu-
debat: abrasa parte capitis: vt exeundi facultatez sibi preriperet. Quã
obrem nõ iniuria illius opera lucernã olere dicebantur cũ assiduis lucu-
bratiõibus ac vigiliis insisteret: nec quicq̃ nisi premeditatuz domi om-
niqz studio atqz diligentia prius elaboratum in publicuz afferret. Iccir
co existimabatur a multis nõ tã natura et ingenio: q̃ labore et exercita
tione valuisse. Aliuz quippe natura genuit: aliuz reddidit industria. naz
cuz balbus esset: ita nature vitiuz adhibita diligentia impedimentumqz
superauit vt cõiectis in os calculis: nõ cõsistens loco: sed inambulãs atqz
arduo ascensu ingrediens: summa voce ꝟsus multos vno spiritu pronũ-
ciare cõsuesceret. Nec silentio inuoluendus es Cleante, qui vsqz adeo la
boriosus fuisse predicaris: vt nõ tam inopia q̃ discendi ardore cogente
mercenariuz te holitori exponeres: et puteales aquas noctu in hortis ex
hauriens questum faceres quo interdiu liberalibꝰ studiis operã posses
impertiri. Et q̃uis te natura ingenio tardiore obtusioreqz genuisset: eã
nihilominus tarditatez labore: studio: exercitatione demuz superasti. M
Porcius Cato (qui olim vt Plinius ait) maximus imperator: maximus
senator: maximꝰ orator dicebatur: Litteras latinas iaz pene senex: gre
cas vero (Cicerone et maximo authoribus) prope senio cõfractus didi-
cit. Quis te pretereat Pomponi iure cõsulte cuius hec ꝟba sunt. ff. in ti
tulo de fidei cõmissariis libertatibus. L. apud Iulianuz. Ego discendi cu
piditate quã solaz viuendi rationez optimaz: in octauum et septuagesi-
muz etatis annuz duxi memor suz eius sententie quam dixisse fertur Iu
lianus vt si adhuc alteruz pedem in sepulchro haberem addiscere quidẽ
vellez. hec ille. Plynius secundus cui (vt tradit Plinius nepos lib. iii. epi
stolaruz) erat acre ingeniuz: incredibile studiuz: summa vigilantia: quã
docunqz liber ab eo legebatur: in subsidium memorie semper adnotabat:
semper excerpebat. Nihil enĩ legit quod nõ excerperet. Dicereqz sole-
bat nullũ esse librũ tã malũ vt non aliqua ex parte prodesset. In itinere
quasi solutus ceteris curis huic vni vacabat. Ad latus notarius cum li-
bro et pugillaribus cuius manus hyeme manicis muniebãtur: vt ne celi
quidem asperitas vllum studii tempus eriperet. Per cenam liber lege-

batur: annotabatur: et quidē cursū. Cū vo quidā ex amicis discūbenti bus nōnulla a lectore perperā pronūciata reuocasset: repetiqꝫ coegisset tunc illi Plynius non intellexeras (inquit) nēpe? quū ille annuisset: Cur ergo reuocabas? ait. Decē amplius vsus hac tua interpellatiōe perdidi mus. Tāta erat parsimonia tēporis. Occursantē sibi inter ambulādum nepotē grauiter corripuit. Poteras (iquit) has horas nō perdere. Adeo nāqꝫ studiosuꝫ fuisse cōstat: vt oē tēpus perire arbitraretur: quod nō lit teris impēderet. Refert Lāpridius Alexādrū Seuerū: romanuꝫ pricipē post actus publicos bellicos et ciuiles grece lectioni maiorē nauasse operā. Frequenterqꝫ libros Platonis de rep. lectitasse. Cū vero se ad latina cōuerteret: non alios studiosius ꝙ libros officiales. M. Tullii: et de rep. euoluisse. Idē Vergiliū Platonē poetarū vocabat: eiusqꝫ imaginē cū Ciceronis simulacro i secūdo larario habuit. Cū iter suos cōuiuaretur: aut Vlpianū iurecōsultū: aut doctos hoies adhibebat quibuscum de litteris fabularetur. his eni se recreari pasciqꝫ affirmabat: et frequēter ab eo liber inter accūbēdū legebatur. Quid de Origene loquar? qui (vt memorant Adamātius: et chalcēterus: repetitqꝫ Hieronymus i epistola ad Marcellā nūꝙ aut perraro cibū absqꝫ lectiōe sumere solebat: Scripturas diuinas auctore beato Hieronymo i apologia cōtra Ruffinuꝫ memoriter tenuit. i studioqꝫ explanatiōis earū diebus sudauit ac noctibus: mille et eo āplius volumina edidit: inūerabiles preterea cōmētarios quos ipse appellat tomos adeo vt nullius pene hois vita hieronymo affirmāte: legēdis illis operibus sufficere possit. Scribit Trāquillus Octauiū Augustū (vt ad priscos tātisper reuertar) eodē ipso tēpore quo raderet barbā aut legisse aliquid: aut ēt scripsisse: lōge profusius ꝙ par ē effluerET oratio: si plures (qui ferme innūeri sūt) cōmēorare prosequerer: quos labor assiduus idustria studiū: ac frequēs excercitatio ad multā variāqꝫ reruꝫ cognitionē ac demū ad perfectā et ꝙtū lꝫ hoibus cōsūmatā sapiētiā euexit. Nos vo lōge dissimiles et a priscorū vtutibus ipēdio remotos: qui illorū cōparatiōe nil aliud ꝙ nūerus sumus: et fruges cōsumere nati spōsi penelopes: nebulones: alicinoiqꝫ: et vt ē i populari adagio i. terre pōdus. Nos iquā imodice voluptates: effrenaqꝫ desideria quibus per salebrosos huius mortalis vite āfractus precipites agimur: penitus eneruāt: emolliūt: effemināt: et quicquid i aīo virile ē ita radicitus cō-

uellũt:extirpãtqȝ:vt nõ solũ demẽtire\ sȝ et plane ebbrutescere cogãt et beluina quedam atrocitate plerũqȝ ferocire:proide hmõi viros illu= stres\ oĩ doctrina cõspicuos:oĩ eruditiõe atqȝ sapiẽtia ĩsignes admirari designãt vẽtris libidinũ inertie ac sõni amatores:quos si vna vel alte= ra forsitan hora legẽtes ĩuenerit:oscitãt:manu faciẽ permulcent:caput scabũt:frõtẽ defricãt:cõtinent stomachũ:nũc grauedine capitis:nũc ce rebri vertigine se torqueri cõquerũtur:et tanq̃ post multuȝ cõtinuũqȝ laborẽ cõfecti oĩbus prope exhausti virib9:lõguẽt:deficiunt quibus' sa= tis hactenus ostensum esse reor igenium ac memoriam nulla re magis q̃ labore studio et exertatione vigere:foueri:coalescere.

Quot frustra mortales de eui breuitate conqueruntur.

NEc plane desũt:qui ignauie sue patrociniũ aucupãtes cũ Theo phrasto naturã veluti nouercã ĩsimulandã esserẽtut\ q̃ ceruis quidẽ et cornicib9 diuturnã:hoĩb9 ꝟo cõtractã:breuẽqȝ admodũ vitaȝ dedisset:quorũ si etas esset lõgior futurũ eẽ vt cunctis artib9 et discipli= nis hoĩm vita q̃ plenissime erudiretur Proclamãtqȝ illud Aphorismorũ Hipocratis vita breuis:ars ꝟo longa. Ceterũ ipudẽtes id gen9 hoĩm ca= lũnias:nõ min9 scite q̃ luculenter Fabi9 Quin. et Seneca refellũt:alter oratorio alter philosophico:valido tñ vterqȝ presidio inixus. Quocir= ca vtriusqȝ ꝟba vicissim subnectere operepreciũ ẽ. Sic igitur Seneca ĩ li bro de breuitate vite. Non exiguũ (iquit) tẽporis habem9:sȝ multũ perdi dim9:satis lõga vita:et in maxiarũ rerũ cõsũmationẽ large data est\ si tota bene collocaretur. Sȝ vbi per luxũ atqȝ negligẽtiã defluit vbi nul li rei bone ipẽditur:vltima demũ necessitate cogẽte quã ire non ĩtellexi mus:trãsire sentim9. Ita est non accepim9 breuẽ vitã\ sȝ fecim9\ nec in= opes ei9:sȝ prodigi sumus\ sicut ãple et regie opes vbi ad malũ dominũ peruenerũt\ momẽto dissipãtur. At q̃uis modice\ si bono custodi tradite sũt\ vsu crescũt. ita etas nostra bene disponẽti multũ ptȝ. Quid de rerũ natura querimur? Illa se benigne gessit vita:si scias vti lõga ẽ. Aliũ isa= tiabilis tȝ auaria:aliũ ĩ superuacuis laborib9 operosa sedulitas. Alius vino madet:ali9 inertia torpet. Aliũ defatigat ex alienis iudiciis suspen sa semper ambitio:alium mercandi preceps cupiditas. circa omnes ter= ras\ omnia maria spe lucri ducit. Quosdaȝ torquet cupido malitie\ non nunq̃ alienis periculis intẽtos aut suis anxios Sũt quos ingratus supe riorũ cult9 volũtaria seruitute cõsumat. Multos aut affectatio fortune

aliene:aut sue odium detinet. Plerosqꝫ nihil certum sequentes vaga et incõstans:et sibi displicens leuitas per noua consilia iactauit. quibusdã nihil in quod cursuꝫ dirigat, placet:sꝫ marcẽtes oscitãtesqꝫ fata deprehẽdunt:adeo vt quod apud maximũ poetaruꝫ more oraculi dictũ est:verum esse nõ dubitẽ. Exigua pars ẽ vita qua viuimus. Ceteruꝫ quideꝫ oẽ spaciuꝫ nõ vita sꝫ tẽpus, est. Hec seuerissime grauissimeqꝫ Seneca Quibus illud fabii Quintiliani cõmodissime subiicitur ex libro.xii.institutionuꝫ oratoruꝫ. Sed breue nobis tẽpus nos fecim9 : q̃tulum eni studiis partimur:alias horas vanus salutãdi labor:alias datuꝫ fabulis ocium: alias spectacula:alias cõuiuia trahũt. Adiice tot genera ludẽdi:et insani corporis curã:trahit inde peregrinatio:iura calculoruꝫ:anxie solicitudines:multe cause libidinũ:et vinuꝫ et flagitiosis oĩ genere voluptatuꝫ aĩs. ne ea quidẽ tẽpora idonea, que supersunt quesito oĩa studiis impenderentur:iã nobis lõga etas et abũde satis ad discẽdi spatia viderẽtur, et diurna tãtuꝫ cõputãtib9 tẽpora, et noctes:quaruꝫ bona pars oĩ sõno longior, est:adiuuarent. Nunc cõputamus ãnos nõ quibus studuimus sꝫ quibus viximus. Sic Fabius. At quorsuꝫ hec tã profuse exaggerata:vt nemo sane ignoret industriã plus interduꝫ valere q̃ naturã exercitationẽqꝫ:ac laboreꝫ tãtuꝫ hẽre momenti vt nihil accõmodatius efficatiusue vel ad quascunqꝫ artes disciplinasqꝫ parãdas vel ad firmãdã memoriã optimi quiqꝫ viri:ingenio doctrinaqꝫ prestãtes reperire potuerint. Nihil est ergo quod de eui breuitate hoĩes cõquerãtur:si quod natura tẽpus vite cõtulit prudẽter disponere:et bonaruꝫ artiuꝫ studiis impendere sapienter curauerint. Sed iã:vnde digressa est:reuocetur oratio.

De his qui eximia insigniqꝫ admodum fuisse memoria traduntur:et sensibus humanis precelluisse.

ANteq̃ ad alia que dicenda supersunt transeamus:haud vtiqꝫ absurduꝫ visum est:nõnullos superioruꝫ tẽporum viros illustres cõmemorare. Quos Ciceronis. Plinii. Fabii. Solini:et Senece monumenta produ͂t insigni admodum eximiaqꝫ memoria claruisse. Itaqꝫ Plinius libro septimo historie naturalis:memoria (inquit) necessarium maxime vite bonum:cui precipua fuerit, haud facile dictu est: tam multis gloriam eius adeptis: Cyrus rex. Persarum omnibus in exercitu suo militibus nomina reddidit: Pyrrhum itidem memorie bo-

no\claruisse testatur Solinus qui in exercitu:cui numerosissimo prefu-
it nominatim singulos alloquebatur. Fecit hoc idem in populo Roma-
no lucius scipio:nam et is nominatim populum Romanũ fertur expres
sisse sed:et Pyrrhum et Scipionem probabile videri potest idipsum cõ
suetudine fecisse. Cyneas Pyrrhi legatus postero die ꝙ Romam ingres
sus fuerat:et equestrem ordinem et senatum propriis nominibus consa
lutauit. Mithridates rex ponticus duarum et viginti gentium\ quibus
imperitauit\ linguas percaluisse traditur:totidemqꝫ linguis iura dixis
se:et pro concione singulas gentes sine interprete plerumqꝫ allocutus.
Themistocles porro athenienses (auctore Tullio In secũdo de oratore)
apud grecos non modo incredibili quadam magnitudine cõsilii atqꝫ in-
genii:Sed tenacissima quoqꝫ memoria fuisse dicitur\ad quem doctus ho
mo atqꝫ imprimis eruditus\accedens: dum ei artem memorie: quam tũ
primum profitebatur:se traditurum pollicitus esset: Cumqꝫ rogasset
Themistocles quid nam illa ars efficere posset:dixisse ferunt illũ docto
rem:vt omnia meminisset et ei Themistoclem ita respondisse:rẽ sibi lõ
ge gratiorẽ illũ esse facturũ:si se obliuisci que vellet:ꝙ si meminisse do
cuisset. Quis nõ videt que vis in homine acerrimi ingenii:ꝙ potens: et
ꝙta memoria fuerit est qui ita respõderit:vt intelligere possemus] seu
nature seu idustrie bñficio nihil ex illꝰ aĩo:quod semel eẽt ĩfusũ vnꝙ
effluere potuisse:quum quidem ei fuerit optabile potius obliuisci posse
quod meminisse nollet:ꝙ quod semel audisset\vidissetve:meminisse.
Fretus itaqꝫ tantis et ingenii et memorie viribus eiusmodi responsiõe
plane ostendit se obliuionis artem malle ꝙ memorie. Theodoctes Ari-
stotelis discipulus auditos semel ꝙlibet multos versus:protinꝰ dicitur
reddidisse. meminit Plinius cuiusdam Camide greci hominis memoria
singulari precellentis:qui legentis modo representauit volumina bi-
bliothecaruꝫ. Hortensii memoriam. Cicero Seneca et Quintilianus con
celebrant. Cuius tantam fuisse Tullius in Bruto refert quantam in vi-
ro se cognouisse:arbitrabatur:vt que secum commentatus esset: ea sine
scripto verbis eisdem recoleret:quibꝰ cogitauisset. Idẽ sedens olim to-
tũ diẽ in auctiõe oẽs res venales:et precia:et emptores:ordine suo recẽ
suit:argẽtariis sic recognoscẽtibꝰ:vt ĩ nullo falleretur. Ob singularẽ

eloquentiam idem in foro Romano rex causidicorum dictus ē. In lucullo diuina quedā rerū traditur fuisse memoria: in hortensio verborum. Iulium cesarem dictatorem tanta vi memorie preditum fuisse memorat Plinius: vt scribere et legere\simul\dictare\et audire solitus esset. Epistolas vero magnarum rerum quaternas pariter librariis dictare: aut si nihil aliud ageret: septenas. Diuus Hieronymus teste Augustino in epistola ad Cyrillū episcopum hierosolymitanum: ea fuit memoria. vt hebraicorum: grecorum Chaldeorum: persarum: medorum: arabicorum: et pene omniū nationum linguas: ac litteras: tanq̄ si in eisdem natus fuisset: atq̃ educatus: percalluerit. Addit et illud idem Augustinus de Hieronymo elogium. Nullus hominuz sciuit quod Hieronymus ignorauit Picus quoq̃ mirandulanus: proxime tempestatis eximium litterature columen tanta virtute memorie: multorum adhuc viuentium testimonio excelluisse memoratur: vt audita semel. recitante carmina: et directo et retrogrado ordine: maxima omniū admiratione recensuerit Omitto Platonem. Aristotelem. Ciceronē. qui velut triumuiri omnifarie doctrine extiterunt. Plerosq̃ insuper alios procelebres viros: ex quorum monumentis atq̃ operibus in posteritatem transmissis ingenio ac memoria eos non vulgari fuisse\satis superq̃ compertum est.

Qui primus artem memorie inuenerit: eandemq̃ multis excidisse quum nihil ea sit fragilius.

Simonides chius lyricus poeta idēq̃ phūs Cicerone: fabio: Plinio: et martiano: auctoribus: primus artē memorie protulisse eiusq̃ rei precepta īuenisse memoratur: Quū enī Granone ī thessalia cenaret apud Scopā fortunatū hominē atq̃ nobilē: et multi cōuiue subita cuiusdā triclinii. i. loci discubitorii: ruina: ita oppressi obtritiq̃ fuissent: vt propinqui illos ad sepulturā requirētes: eorū mēbra nullis signis īternoscere possent. Simonides qui vna discubuerat: et pauloante quorūdā Iuuenū quos pollucē et castorē fuisse fama suspicata ē: accitu eo fuerat digressꝰ: memoria ordinē discūbētiū repetēs quo quisq̃ loco discubuisset nōiati demōstraut. Tunc vero aīaduertit ordinē ī primis eē qui memorie lumē afferret. Inuēta igitur ars memorie a. Simonide (vt tradit Plinius) a metrodoro sceptio philosopho qui tēporibꝰ Diogenis cynici claruit cōsūmata ē. vt nihil nō iisdē verbis redderetur an

ditū. Is nanq; Metrodorus teste Solino: in tātū se assidua meditatione prouexit: adeoq; vigili cura memoriā suā exercuit vt a multis simul dicta nō mō sensuū: sed etiā verborū ordinibus detineret. Nihil tamen ē in hoīe eque fragile: nihil aut metu: aut casu aut morbo facilius interci pi sepenumero perspectū ē. Aliasq; particulatim alias vniuersa morborū ac metus iniuriis nōnunq̄ succubuit. Qui lapide ictus fuerat: literarū tātū oblitū fuisse et Plinius et Solinus produt. Ex prealto lapsꝰ tecto Matris affiniū et propinquorū repente cepit obliuionē: alius egrotus seruorū etiā: Mesalla coruinus orator q̄libet alias omniū viribus sensuū polleret: post tñ egritudinē quā pertulerat: proprii noīs obliuione correptꝰ ē. Itaq; (vt ait Plinius) sepe deficere tentat et meditatur uel interdū quieto corpore et valido sonno quoq; serpente cōputat: vt in aliis mens querat vbi sit loci. Memoriam quippe metu frequenter īminui īterdūq; perimi maxime in pueris cōstat: qui dū ī scholis triuialibus ab ignaris nō tā dixerim preceptoribus q̄ laniis \ q̄ ferocissimis dementissimisq; carnificibus \ primis literarum rudimentis initiātur \ metu ꝟborū quibus imanissime frequēter afficiuntur. ita cūctis sēsibꝰ obstupescunt \ et tāq̄ pessima queq; mācipia īdurātur \ vt ꝟborum que sepiꝰ eis iculcata fuerit vix prias syllabas trepidi repetere possit. Et eas pleniꝰ exprimere. Porro inefādissimos hmōi plagiarios aiaduersione legis aquilie nemo plane dubitarit agi licere. Preceptoris enī nimia seuitia culpe assignatur vt ait Paulꝰ ad legē aquiliā \ digestis lege sexta. et docēti leuis dūtaxat castigatio cōcessa ē \ auctore Vlpiano in eodē titulo lege sz si. Preclarū quippe et gloriosum ī primis eē ducunt hoīes insipiētissimi \ crebris clamoribꝰ \ assiduisq; ꝟberibꝰ in hāc tenerrimā etatē deseuire ac perbacchari \ que suauibꝰ quibusdā alloquiis et blādis potiꝰ inuitamētis sensim ad Minerue ac musarū diuersoriū allicienda est: et litterarii palestre paulatim assuefacienda. Ne priꝰ studia quorū nondū sentire potest vtilitatem \ odio prosequatur \ q̄ amare inceperit

Quenā sint memorie īpedimenta quorū primum ē crapula. Crapula

Cum itaq; vsq; adeo fluxā labilēq; memoriā \ et multis obnoxiā casibus nōmō scriptorū testimoniis verūetiā non paucis ac ferme quotidianis constet experimentis. Toto (vt dicitur) velorum remorumq; connixu illa non secus ac syrtes infestissime \ deuitan-

da sunt: que huic tam nobili anime rationalis potentie magnopere adversantur. Sed preter ceteras memorie pestes que oblivionem inducere possunt: et mēti vehementer officere: est immodica voluptas: que est iucūdus motus et suavis quedā titillatio in sensibus. Hanc autē non immerito Plato in Timeo escam malorum appellat. Ipsa nāqꝫ (vt idem ait prope divinitus in epistola ad Dionysiū) hominibus detrimētū affert: inscitiam\inquietudinem\stultitiā\et petulantiā\pariens. Quāobrē virtus apud Sillium italicū libro punicorū decimo quinto iis voluptatem conuiciis insectatur: et mox seipsam veris effert preconiis.

Quippe nec ira deum tantum: nec tela: nec hostes
Quantum sola: noces animis illapsa voluptas:
Ebrietas tibi fida comes: tibi luxus: et atris
Circum te semper volitans infamia pennis.
Mecum honor et laude: et leto gloria vultu:
Et decus et niveis victoria concolor alis.
Me cinctus lauro produxit ad astra triumphus:

Ex hac tanꝙ inferna styge feculentissimi quidem ac spurcissimi quattuor fontes erumpunt. Crapula: venerea libido: somnus: et ocium: que non aliter: ꝙ cocytus: phelegeton: lethe: Acheron: vbi restagnanti luto profluxerint: cūctos mortales: sed ipsam precipuo adolescentiam sordida quadam illuvie et aspergine turpi cōmaculant defedantqꝫ: et seuo impetu ita concutiunt: ita labefactant: atqꝫ adeo quicquid sibi obvium fuerit: plerumqꝫ subuertunt: vastant obruūt: vt inde nulla emergendi ratio subeat: nulla respirandi facultas tribuatur. Primus itaqꝫ fons et barathro et sentina voluptatis: velut stygia palude Cocytus profluens: crapula vocatur: que est capitis ob nimiā cibi ac potus saturitatē cōcussio. Nec inepte videtur Cocyto posse comparari: qui latine gemitus siue luctus dicitur a   quod est genere: et lamētari Eocirca prudēter admonet his verbis sāpiēs hebreus ecclesiastici. xxxvii. a gula temperandū. Noli auidus esse in omni epulatione et nō te effundas super omnē escam. In multis enim escis erit infirmitas: et auditas appropinquabit vsqꝫ ad cholerā. Propter crapulā multi obierunt: qui autem abstinens est adiiciet vitā. Eo spectat illud Satyrici Hinc subite

mores atq; intestata senectus. Horatius vir sane acutus et doctus libro secundo Sermonũ: ciborum luxũ ac varietatem oĩno improbãs: cõmoda victus frugalioris. hisce carminibus apetit.

Accipe nunc victus tenuis que quantaq; secum
Afferat imprimis valeas bene. nam varie res
Vt noceant homini credas: memor illius esce
Que simplex olim tibi sederit: at simulassis
Miscueris elixa: simul conchylia turdis:
Dulcia se in bilem vertent: stomachoq; tumultum
Lenta feret pituita: vides vt pallidus omnis
Cena desurgat dubia: quin corpus onustum
Externis vicijs: animum quoq; pregrauat vna:
Atq; affigit humo diuine particulam aure.

Et secundum Pli. libro. xi. homini cibus vtilissimus simplex: aceruatio saporũ pestifera: et condimenta perniciosiora. Vt nãq; ait Chrisostomus: et repetitur in decretis de Cõsecratione dist. quinta. Nihil ita iocundũ est sicut cibus bene digestus ac decoctus: nihil salutẽ nihil sic sensuũ acumẽ operatur: nihil sic egritudinẽ fugat: sicut moderata refectio Sufficiẽs quippe nutrimẽtum: et sospitatẽ simul etiã procreat et voluptatẽ: abundãtia vero morbũ facit: et molestias ingerit: et egritudĩes generat. Quod. n. fames efficit: hoc etiã plenitudo ciborũ: magis autẽ et multa peiora. fames quippe in paucis diebus aufert hoĩem: excessus vero ciborũ cõsumit: et cõputrescere facit corpus humanũ: carnẽ macerat egritudine diuturna: et tãdẽ crudeli morte perimit. Sic ille. Crapula nimirũ. cibiq; ac potus saturitate nimia atq; ingluuie acies ingenii prorsus retũditur: ingẽs lumini mẽtis offunditur caligo: intellectus et mẽorie splẽdor vehemẽter obtenebratur: Quocirca Mercurius Trimegistus in libro de ptãte et sapiẽtia dei gulã hisce ꝟbis detestatur. Fugiẽdũ imprimis hoc malũ est: vẽtris huius malorũ oĩm fomes: hinc error: hinc boni priuatio. hec ille. Corpus pinguefactũ (queadmodũ vere ait Porphirius in libro de antiquorũ abstinentia) animã cogit esurire a felici vita cadentẽ: augetq; mortale: expellens impediensq; nobis vitã eternã: cõtaminatq; et aiam corporeã videlicet eã reddẽs: et in id

quod diuersum est deflectens. Sic Porphirius. Apolonius Thianeus (vt inquit Philostratus) a carniũ esu cepit abstinere ꝙ carniũ comestio quũ impura esset tum mentis aciem perspectumqꝫ bebetaret. Terrestribus vero fructibus et holerib9 vescebatur: pura esse dicẽs quecunqꝫ a terra darẽtur hoĩb9: vinũ autẽ purũ: aptã quidẽ potionẽ asserebat verũta mẽ bono statui mẽtis aduersari: ꝙ ei9 sublimẽ diuinãqꝫ partẽ aliquãdo preuerteret. Et quẽadmodum scribitur in antiquis de vita et honestate clericorũ. Ebrietas mẽtis inducit exilium: et prouocat libidis incẽtiuũ. Pli. li. xiiii. et maxim9 in secundo de institutis ãtiquis tradũt romanis feminis quõdã vsum vini fuisse probibitũ: ne in aliquod dedecus prolaberẽtur: quia proximus a libero patre intẽperãtie grad9 ad incõcessaꝫ venerẽ esse cõsueuerit. Scripsit et marcus Cato ideo propinquos feminis osculũ dare solitos vt ãtemetũ olerẽt experirẽtur. Vxorẽ propriaꝫ ab Egnatio quodã Romano ꝙ vinuꝫ e dolio bibisset fuste perẽptã: eũqꝫ cedis a romulo fuisse absolutũ veteres historie meminerunt. Fabius pictor in annalibus suis scripsit matronã a suis iedia mori coactã ꝙ loculos in quibus erant claues celle vinarie resignasset. Cn. Domiti9 iudex mulierem dote mulctandã venire pronunciauit: ꝙ ignorante viro plus vini bibisset: ꝙ̃ valitudinis ratio postularet. piso vetustissim9 author in primo annalium de romuli regis vita ac victu scribẽs tradidit eundem ad cenã vocatuꝫ ibi nõ multum vini bibisse: quia postridie negotium haberet. Obiicientibus vero: ꝑ istuc oẽs hoĩes faciãt vinuꝫ vilius fore: ita respondisse: imo vero charum: si quantum quisqꝫ volet bibat: ego enim bibi q̃tum volui. Cesaris dictatoris sobrietatẽ persimoniãqꝫ in cibo ac potu predicans Tranquillus auctorẽ eum vini parcissimum: vel inimicorum testimonio extitisse. Dicere quippe solebat. M. Cato: vnum ex omnibus cesarem adeuertendam rempublicam sobrium accessisse. Eundemqꝫ circa victum adeo indifferentẽ fuisse docuit. C. Oppius: vt quõdam ab hospite: cõditum insipidumqꝫ oleum pro viridi ac recenti appositum ceteris aspernãtibus: solũ etiam largius dicat appetisse: ne hospitem: aut negligentie aut rusticitatis videretur arguere. Traditur et ea fuisse Octaui Augusti frugalitas: vt minimo cibo et eo fere vulgari de

lectaretur secundarium panem: et pisciculos minutos: et caseum bubulum manu pressum: et ficos viridis biferas maxime appetebat. Nec minori ipsius in potu q̄ cibo erat parsimonia: vini quippe natura fuit parcissimus. Scripto namq; prodidit Cornelius nepos cum in castris apud munitam esset: non amplius ter super cenam bibere solitum: postea quoties largissime se inuitaret senos sextantis non excessisse: neq; temere interdiu bibit. Pro potione sumebat perfusum aqua frigida panem: aut cucumeris frustum: vel lactucule thyrsum: aut recens aridum ve pomum succi vinosioris. Nec in longam (vt pleriq;) moram conuiuia protrahebat. Nonnunq̄ enim et serius illa inibat: et maturius relinquebat: quum conuiue et cenare inciperent priusq̄ ille discumberet: et permanerent digresso eo. Cenam ternis ferculis: aut cum abdantiussime: senis prebebat: vt non nimio sumptu ita summa comittate. Nam et ad communionem sermonis tacentes etiam summissime fabulantes: prouocabat. Ob eam itaq; forsitan frugalitatem atq; parsimoniam vterq; et ingenio plurimum valuit et industria: quod vtriusq; monumentis et celebri rerum splendide fortiterq; ab ipsis gestarum gloria compertum haberi potest: Longe autem horum dissimilis fuit Claudius Cesar quem memorat Suetonius cibi viniq; quocunq; et tempore et loco vsq; adeo fuisse appetentem: vt quondam in Augusti foro iura dicens: victus nidore prandii: quod sacerdotibus saliis amplissimum et lautissimum ex more apparabatur: deserto q̄primum tribunali descenderet ad sacerdotes: vnaq; discumbere. Nec temere vnq̄ triclinio abscessit: nisi distentus ac madens: et vt statim supino ac per somnum hianti penna in os ad exonerandum stomachū et prouocandi vomitus gratias inderetur. Quamobrem et libidinis in feminas profusissime: et mire obliuionis fuisse traditur. Occisa quippe Messalina vxore paulo postq̄ in triclinio decubuisset cur domina nō veniret requisiuit. Multos preterea ex his quos capite dānauerat postero statim die et in consiliū et ad alee lusum admoueri iussit: et quasi morarentur: vt somniculosos per nuntiū increpuit Fertur et subinde in tātā deuenisse temeritatē: et obeūdorū proinde negociorū icōsideratione: sermōis quoq; ac rerū tā-

tam sepe negligentiam ostendisse:vt nec quis:nec inter quos:quove tẽpore ac loco v̄ba faceret:scire ac cogitare existimaretur. Quã obsecro memorie vim:quod ingenii:quod mentis intellectusq; acumen illis suppetere potest:qui duz ebrietate obruti:et ciboruz copia ingurgitati fuerint:oīm que pridie fecerint dixerintve postridie sunt penitus ĩmemores. Hinc epigrammatarius poeta festiuissime vt cetera omnia:hoc disticho posthumi taxat vinolentiam

Omnia promittis cum tota nocte bibisti
   Mane nihil prestas posthume mane bibe

Quum Timotheus atheniensis:vir clarus imprimis et ciuitatis princeps apud Platonem cenauisset:eoq; in conuiuio parsimonia et frugalitate philosophica impendio delectatus esset:occurrenti postridie Platoni:vestre inquit cene nõ solum in presentia:s; etiam postero die iucunde sunt. Plato ipse in preclara illa epistola ad Dionis propiquos:Italicas et syracusanas mensas obluxum ferculorum nimiumq; apparatum vehementer insectatur:nullomodo sibi placere affirmans:bis in die saturum fieri. Quid q̄ ne mente quidez recte vti possumus (ait Cicero) multo cibo et potione cõpleti: Eusebius in fine octaui de preparatione euãgelica ieiunãtes (inquit) atq; vigilãtes prudentiores illis sunt qui cibo et potu semper repentur immergitur enim quodãmodo motus mentis quez cogitationez appellamus. Diuus quoq; Hieronymus libro.ii. contra Iouinianuz sic ait. Nihil ita obruit animum:vt plenus venter ac exestuãs:et huc illucq; se v̄tens:et in ructus vel increpitus ventorũ inflatione respirãs. Idez. Sapientie quoq; operã dare nõ possum9: si mense abundantiã cogitamus que labore:et nimia cura indiget. Cato senior apud Ciceronez in libro de senectute. Tantuz cibi (inquit) et potiõis ad bibenduz vt reficiantur vires non opprimantur. Nec vero soli corpori subueniendu; est:s; etiã menti atq; aio multo magis. Nãq; hec quoq; nisi tanq̄ lumini oleum instilles extinguitur. Quib9 plane verbis deuitandã omnino crapulam docuit. Plinianuz est vetusq; satis ac protritũ vulgo adagiuz vino sapiẽtiã obumbrari:vnde illud iuuenalis de poetis fuit vtile multis Pallere et toto vinuz nescire decẽbri Si nanq; vinum teste Marsilio nimis calidu; vehemensq; fuerit: caput ipsum densis hu-

moribus.pessimisqꝫ fumis implebit. Cibus vero nimius primū quidem ad stomachum in ipso decoquēdo vim oēm nature reuocat. Quo fit vt capiti simul: speculationiqꝫ intendere nequeat. Deinde inepte coctus multis et crassis vaporibus humoribusqꝫ aciē mentis obtundit. Quin etiam si satis coquatur: tamē (vt Galenus ait) Animus adipe et sanguine suffocatus celeste aliquid peruidere nō potest. Cui sententie adstipulatur illud hieronymi. Pinguis venter nō gignit sensum tenuē. Ply. li. xi. minus solertes esse ait. quibus obesissimus est venter. Ozee. iiii. scribitur fornicatio et vinum et ebrietas auferunt cor. i. sapientiā et vitā. Ebrietatis incōmoda Ply. lib. xiiii. in cap. de vitāda ebrietate detegēs: inter pleraqꝫ alia hinc (ait) palor et gene pēdule: oculorū vlcera tremule manus: effundētes plena vasa: et que sit pena presens: furiales somni et inquies nocturna. premiumqꝫ summū ebrietatis libido portētosa ac iucunduꝫ nefas. Postera die ex ore halitus fetidi: ac fere reruꝫ oim obliuio: morsqꝫ memorie. Sic ille. Porro vinum parce ac frugaliter eo vtentibus nemo vehemēter prodesse negauerit. Quod et Ply. lib. xxiiii. his ꝟbis asseuerat. Vino modico nerui iuuātur: copiosiore ledūtur: sic et oculi. Stomachus recreatur: Appetentia ciboruꝫ inuitatur: tristitie cura hebetatur: vrina et algor expellitur. Sōnus cōciliatur. Preterea vomitionem sistit et que sequūtur. Asclepiades vtilitatē vini equari vix potentia deorum posse pronunciauit: lureqꝫ dici possit. Eodē Plynio teste lib. xiiii. Neqꝫ viribus corporis vtilius quicq̄ aliud: neqꝫ aliud voluptatibꝰ perniciosius: si modus absit. C. Itaqꝫ Cesar in secundo cōmentatio gallici belli auctor est Neruios quos hac tēpestate vulgus tornascēs vocat hoies quidē feros magneqꝫ virtutis: nihil pati vini reliquarumqꝫ rerū alluxuriā pertinētiū ad se inferri q̄ his rebus elāguescere aios eorū et remitti ꝟtutē existimarēt: Sueui quoqꝫ germanie populi (vt idē memorat in quarto) vinū ad se oino iportari nō sinunt. que tamē gens priscis moribꝰ imutatis temulētie atqꝫ gulositati fertur hodie indulgētissima q̄ eo ad laborē ferendū remollescere hoies atqꝫ effeminari arbitrātur:

Venerea libido secūdum memorie impedimentum.

Alterum mētis ac memorie impedimentum est venerea libido: tam corporis q̄ animi vel maxima pernicies: et humani ige-

nil exitiale venenum. Exhaurit enim spiritus interiores cerebrumqz debelitat: labefactat stomachuz atqz precordia: et totū deniqz corporis habitum ac succuz medullitus exorbet absumitqz: iuxta celebris poete dictum. Est mollis flāma medullas: et si qua preterea in aīo virtutum semētis pululare ceperit: et excrescere: stirpitꝰ euellit: depopulatur aut ꝙprimuz tā pernicioso estu tētata penitus arescit: emoritur. Recte igitur ac vere phlegetōti estuātissimuz hunc atqz flagrātissimuz venerer libidinis ardorem cōparauerimus: a mediis inferne caliginis fornacibus erumpentē: quum et poete ignē pro amore venereo plerunqz vsurpent et latine ardeo interpretetur. vnde phlegetō quasi flāminouluus seu igniuomus: ꝙ igne flammas euoluat. De quo poeta. Que rapidus flāmis ambit torrentibus amnis. Tartareus phlegetō: torquetqz sonātia saxa. Illos plane quos semel hic phlegetōteus ignis: hec sulphurea flāma corripuerit: nisi e uestigio succurratur: tāto cōflagrare incēdio tāto estu laborare videas vt vlla vix vnꝙ ope restingui tātū possit incendiū. De cuiusmodi igne dicitur Iob. xxi. Ignis vsqz ad perditionē deuorās et oīa eradicās genimina. Hoc autez malo nihil ingenio calamitosius: nihil infestius dicente Seneca in primo declamationum Nihil tā mortiferuz ingeniis ꝙ luxuria. Quāuis. n. appellatiōe luxurie oīs: tā in victu ꝙ in cultu denotetur superfluitꝰ sepenūero tamen pro vicio carnis accipitur. De hac infestissima peste ita cecinit Claudianus in panegyri de laudibus Stiliconis.

Nec te emolliat intus
Luxuries predulce malum: que dedita semper
Corporis arbitriis: hebetat caligine sensus
Membraqz circeis effeminat acrius herbis:
Blanda quidem vultu: sed qua non tetrior vlla
Interius fucata genas: et amicta dolosis
Illecebris: toruos auro circunligat hydros.
Illa voluptatuz multos innexuit hamis.

Hieronymꝰ in secūdo cōtra Iouinianuz de amore venereo ex Putarchi et Senece auctoritate disserēs amor (inquit) forme rōnis obliuio est: et insanie proximꝰ: fedū mīmeqz cōueniēs aīo sospiti vitiū Turbat cōsilia: Altos et generosos spūs frāgit a magnis cogitationibus ad humillimas detrahit. Quamobrem Hip-

pocrates diuina vir sciētia de coitu venereo ita censet partē esse quādaꝫ morbi teterrimi: quem nostri comitialē esse dixerunt ꝙ eo laborātes in commitis coacto Ro. po. maxime deprehenderentur. Nōnulli herculeum morbū quia eo laborasse Hercules traditur: vulgus caducū morbū: Greci Epilepsiam vocant. Hippocratis hec verba sunt

Coitum esse leuē morbū comitialē. Quod nō aliā ob causā ab eodē philosopho dictum fuisse coniectare licet: ꝙ vt ostē deret mentem que sacra est percuti eademqꝫ re multum imminui. Adde (quod inquit Cornelius Celsus in primo compendii medicine) frequenti coitu corpus ipsum omnino dissolui: atqꝫ tabescere. Cernere licet huic vitio deditos incredibili pallore ac macie deformari. Nam cum magna sit insanguine vitalitatis portio (vt īquit Plinius libro. xi) emissus spiritum trahit secū quo sensus īprimis vigēt atqꝫ aluntur auctor est Auicenna in libro de aīalibus: si quid supra ꝙ natura toleret coitu profluat obesse magis ꝙ si quadragies tātūdē sanguinis emanauerit. Scribit Albertus magnus post factam cuiusdā corporis humani anatomiā. i. dissectionem quam medici facere consueuerūt: inuentuꝫ fuisse caput cerebro pene exhaustum: Id aūt medici rei causā disquirētes contigisse asseruerūt ob intemperatissimū veneree libidinis vsū cuius ardore cerebrum exiccatū fuerat et cōsumptū. Quare non iniuria antiqui poete et prisci philosophi musas atqꝫ Mineruam consilii et litterarū deā virgines esse dixerunt: Nā et camene teste Sexto Pompeio dicte sūt ꝙ sint caste mētis presides: Eo pertinet illud Platonicū: Cū venus musis minitaretur: nisi sacra venere acolerent se cōtra illos filiū suuꝫ cupidinem armaturā: Responderūt muse. O venus Marti talia minitare nam tuus inter nos cupido non volat. Nullū deniqꝫ natura sensū longi9 ꝙ tactam ab intelligentia segregauit. Cum itaqꝫ reliquorū sensuū voluptates sint moderatiores visus\odorat9\audit9: horū vero duorū gust9 et tactus petulantissime atqꝫ effrenatissime: vtpote communes homini cū ceteris animalibus probro dare solemus: ac vehementer detestari: qui ab hmōi teterrimo voluptatū genere superantur: eosqꝫ .i. incontinētes libidinosos et intemperantes: quasi incastigatos dicere: qui immodicere vtuntur venerea: quiqꝫ cibi ac potus luxu delectātur: vt nāqꝫ decenter inquit Aristoteles in tertio moraliū: In pecuduꝫ ferorumqꝫ animalium

numero habetur: quisquis his ferinis voluptatib9 est preuinctus. Quis igitur habens aliquid humani pudoris (ait Gellius) voluptatibus istis duabus coeundi atqꝫ comedendi que sunt humani cum sue atqꝫ asino cõmunes insolenter gaudeant?

Somnus tertium memorie impedimentum.

Somnus.

t Ertium memorie nocumẽtũ est somnus imodicus qui preter nature necessitatẽ voluptate quadã accersitus: segniciẽ atqꝫ inertiã parit: hoĩes adhuc viuẽtes: mortuis persimiles reddit: nõ aliter obliuionẽ rerũ hoĩm mẽtibus inducens: ꝙ aque fluminis lethes a poetis afferre dicuntur: enim idest lethe obliuio dicitur a quo et lethũ pro morte deduci varro et põpeius docuere. Cicero in Catone maiore: nichil morti videmus tam simile ꝙ somnum. huc accedit illud maronis: Et cõsanguineus lethi sopor. in hãc sententiã Ouidius canit stulte quid est somnus gelide nisi mortis imago? Longue quiescendi tempora fata dabunt. Hi vero omnes Platonẽ imitari videntur qui libro septimo de legibus multo somno indulgẽdum nõ esse ita monet. Sõnus multus nec corporibus: nec animis: nec rebus gerendis natura cõducit. Nemo quidẽ dum dormit alicuius precii est non magis ꝙ si non viueret. Quare quicunqꝫ et viuere et sapere cupit maxime ꝙ longissimo tempore vigilet: sola sanitatis commoditate seruata. Hec Plato. Seneca ad lucilium. Nullius inquit mihi per ociũ dies exit: partes noctiũ studiis vendico nõ vaco somno. sed succumbo: et oculos vigilia fatigatos: cadesqꝫ in opere detineo. Tradit Plinius nepos Plinium auunculuꝫ somni fuisse parcissimi nonnunꝙ interipsa studia instantis et deserentis. Marcus varro in lõga historia que inscripta est Capis seu de liberis educãdis scripsit cõpertum esse pueros ipuberes si plurimo cibo nimioqꝫ somno vterentur hebetiores fieri aĩaduersumqꝫ est sepius hinc elici tarditatem. Corporaqꝫ eorũ iprocera fieri: minusqꝫ adolescere. Idẽ pleriqꝫ alii medicoruꝫ philosophorumqꝫ testantur. Alexãder magnus auctore Plutarcho se duob9 potissimũ reb9 mortalitatẽ itelligere aiebat: somno atqꝫ coitu quas sola nature infirmitas pareret. Constat igitur voluptas: aliturqꝫ his tribus maĩe mõstris que hoc versu monẽtur deuitãde. Vẽter pluma: ven9: laudẽ fugienda sequẽti. Eadẽ plautus cõnumerat. Nox vinum mulier nihil illecebrosius fieri potest homini adolescentulo.

De ocio quarto memorie intellectusqꝫ impedimento.

SOmno finitimuz est ocium:ingenii rubigo.vt Hieronymus ait et omnium viciorum fomes atqz seminarium:quod industrie et studio maxime contrarium videtur:et ipsi virtuti atqz honestati apprime inimicuz.Multaz eni malitiā docuit ociositas.ecclesiastici.xxxiii Nec aliud ab acherōte ipso natura ducere possumus:q̄ acheron sine gaudio si cum diphthongo scripseris ab a priuatiua dictione et gaudens vel sine tempore quia tempus designat.Ocioso quippe nec vllum gaudiuz esse pōt:quum inertia torporeqz langueat:nec vllum adesse tempus:quod totum per ignauiam atqz segniciem elabi ac frustra effluere patitur.Est autem ocium duplex.Quoddam ingenuum liberale philosophicum:quod et litterale dici potest:cum curis vacui:ceteris omnibus posthabitis negociis:soli dumtaxat litterature et animi cogitatiōibus incumbimus.De quo Tullius in Tusculanis questionibus libro quinto.Quid est dulcius (inquit) ocio litterato:his dico litteris quibus infinitatem reruz atqz nature:et in hoc ipso mundo celuz terras maria cognoscimus?Cicero in plerisqz locis profitetur se in acerbissimis doloribus variisqz:et vndiqz circumfusis molestiis nullam aliam q̄ litteralis ocii inuenire potuisse leuationez.Ouidius quoqz iussu Octauii Augusti apud Getas ferocissimos populos in exilio degens hac vna re ingens patrie desiderium ac molestiā insolite consuetudinis barbare gentis subleuasse et solo musarum litterarumqz consortio exilii se tolerasse calamitatem cecinit in tristibus.

Tot mala pertulimus quorum medicina quiesqz
   Nulla nisi in studio:pieridumqz mora.Idem
Gratia musa tibi:nam tu solatia prebes
   Tu cure requies tu medicina venis

Plynius quoqz ad Maximum:Et gaudium mihi et solatium in litteris Nihilqz tam letum quod his non letius:tam triste quod non per has fiat minus triste.hec Plynius:Quocirca dubitari pōt appellanduz ne sit hmōi ociuz:negociosuz:an potius negotiuz ociosum:quo viri illustrissimi quondaz mirifice oblectabantur:inter quos Aphricanus qui dicere solebat se nunq̄ minus solum q̄ quum solus esset.Asinius quoqz pollio vir omniuz horarum dicebatur.Reddendam semper esse aiebat Marcus Ca

Ociumm

to ocii nostri rationez. Cuius et id fertur fuisse oraculum. Nihil agendo homines male agere discunt. Alteruz ocium seruile est illeberale: vitiosum: vulgare: dum quis iuxta Horatii sententiam animoqz et corpore torpet: quumqz inertie atqz segniciei langore quispiaz marcens in nulla honesta exercitatione versatur: q tam animo q corpori vehementer obest. Animaduersaturqz Ouidius in tristibus Cernis vt ignauū corrūpant ocia corpus. hinc illud eiusdē. Non sum qui segnia ducā Ocia: mors nobis tēpus habetur iners. Ociuz quippe sine litteris (vt ait Seneca. ad Lucilliū) mors est: et hominis viui sepultura. Idē indeclamationibus libro secūdo. Mollit viros ocium ferrū situ rubiginem ducit. Animū preterea ocium deprauat et corrumpit: libidinum sopitos fomites atqz scintillas: fouet ac subinde exuscitat variisqz scelerū cogitationibus mētez humanā deformen reddit. Hinc illud Lucani Variam semper dant ocia mentem: et protritum id Ouidianū. Ocia si tollas perire cupidinis arcꝰ celebre quoqz est Sapphicum Catullianum. Ocio exultas. nimiumqz gestis. Ocium reges prius et beatas perdidit vrbes. Non insulse itaqz dictum reor vt virtutis laborem: sic et sceleris ociū esse ministrum. Cecinit quippe Hora. ad Lollium. Si non intendes animū studiis et rebus honestis Inuidia vel amore vigil torquebere. Quemadmodum igitur Accipiunt vitium ni moueantur aque: et fecem ac limū contrahunt: ita ingenium memoria intellectusqz humanus nisi assidue exerceantur: ilico tabescunt: solitoqz vigore destituuntur: Quis nescit agros q̄tumlibet suapte natura feraces agricolarum negligentia q̄primum siluescere ac steriles reddi\ Equum longiturna quiete: ad pernicitatem cursus minus aptum. Et nauem diutina vsus nauigandi intermissione (subortis vndiqz ruinis) fatiscere: quis ignorat? Quod luculenter ac facunde naso hisce carminibus in quarto de tristibus expressit.

Adde q ingenium longa rubigine lesum
    Torpet: et est multo (q̄ fuit ante) minus
Fertilis assiduo si non renouetur aratro
    Nil (nisi cum spinis) gramen habebit ager.
Tempore qui longo steterit male currit et inter
    Carceribus missos vltimus ibit equus

Vertitur in teneram cariem: rimisqȝ dehiscit
Si qua diu solitis cymba vacabit aquis

Et faces (nisi concutiantur) nullam aut saltem perexiguam lucem diffundent. Quia vt ait Seneca.

Immota fax torpescit: ignes exagitata restituit

Ouidius in hanc sententiam

Vidi ego iactatas mota face crescere flammas
Et rursus nullo concutiente mori.

Indignatur Horatius in Epodo ocio atqȝ inertia: tantam obliuionem sensibus suis superinductam ac si letheis aquis fuisset epotus sic canens:

Mollis inertia cur tantam diffuderit imis
Obliuionem sensibus:
Pocula letheos vt si ducentia somnos
Arente fauce traxerim?

Ocium interdum teste Cicerone est quedam animi relaxatio: qua et corporis et animi vires laboribus defesse ita subleuantur vt mox ad intermissum laborem et vegetiores redeant et alacriores: quod vel strennuissimis quibusqȝ viris expetendum esse docet Maximus: ne labori continuo succumbere cogantur: de quo illud nasonis in tristibus.

Ocia corpus alunt: animus quoqȝ pascitur illis
Immodicus contra carpit vtrunqȝ labor.

Porro Gymnosophiste sapiētes Indie ocium illud vitiosum tantopere detestabantur: Ignauiamqȝ oderant Apuleio auctore in primo floridorum: vt priusꝙ̄ edulia mensis apponerentur: adolescentes ex diuersis officiis conuenientes soliti essent interrogare quid a lucis ortu boni mali ve didicissent vel fecissent: qui nihil habebat respondendum impransꝰ foras extrudebatur. Quisquis igitur tam virtutes ꝙ̄ disciplinas sibi comperare studet: ingeniiqȝ memorie et humanorum sensuum viribus cum primis pollere: hasce infestissimas illorum pestes deuitare contendat: et a se omni studio atqȝ molimine prorsus exterminare.

F I N I S